

gallach, & radet se Levit. XIII, 33. est medius versus, Psalm. LXXX. vers. 14. Ajin in יע"ר est media litera Psalmorum, & Psalm. LXXVIII. v. 38. Et ipse est misericors, & propitiabitur iniquitati, est medius versiculus in Psalmis.

שר תיבורי והתגלה חציין
 שר פסוקים יכרסמנה
 חזיר מיער עין דיעה חציין
 שר תהלים באותיות והוא
 יתום יכפר עין חציין
 דפסוקים:

Si hanc antiquissimorum Talmudistarum traditionem cum Masora nobis hodie superstita conferas, videbis, quod in multis conveniant. Levit. XI, 42. in Bibliorum Buxtorf. Masora marginali legimus: *הי וי דגחון חצי התורה*. h. e. *Vav in voce גחון est media litera in lege*: In qua voce & Talmudistæ posuerunt mediam literam. Sic Levit. X, 16. in Masora parva ibidem additur:

Medium legis quoad voces est vox darosch ex una parte, & darasch ex altera parte, quod etiam cum Talmudistis convenit.

חצי התורה בתיבורי
 דרש מכה ודרש מכה:

Manifestum itaque est, hodiernum Legis librum tot continere voces & literas, quot olim antiqui Masorethæ, qui Talmudistarum tempora antecesserunt, numerarunt. Sed 3) in numero versuum dissensus est magnus inter antiquos & nostros Masorethas. Antiqui posuerunt medium versum Pentateuchi in Levit. cap. XIII, 33. Sed recentiores eum posuerunt in Levit. cap. VIII, 8. ubi in Buxtorf. Bibliis appositum legis:

Dimidium Pentateuchi quoad versus. Similiter medium versum in libro Psalmorum, posuerunt Talmudistæ in Psalmo LXXVIII, 38. sed recentiores eundem ponunt in vers. 36. ejusdem Psalmi, ubi duorum